

versalis; ita tamen ut varia variis impedimenta interveniant in potentiâ proximâ: ita & benedictio in gratiâ redemptionis Gen. 3. 15. pertinens ad vitam spirituales. &c.

2. An vocatio ad penitentiam & remissionem peccatorum, apud omnes vocatos sit gratiosa & seria: hoc est, non tantum ad exprobrationem & JUDICIUM proposita, sicut vocatio ad obedientiam & vitam ex lege; sed cum verâ intentione evangelicâ, continente BENEFICIUM, seu preparationem causarum sufficientem ad salutem? A. cum dist. Sufficiens enim est in omnibus, 1. non propriè & proximè ad salutem, ut jam habeant actu omnes omnia necessaria: sed ad inexcusabilitatem, ut desiderando & querendo porro debeant habere, & propriâ reverentia culpâ non habeant: 2. non cum eventu, ut utantur etiam beneficio dato; attamen cum officio, ut debeant uti, quo per ingratitude non utuntur.
3. An